

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0062

LOG Titel: De Buteone seu Triorchi. Cap. VII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

GENERATIO. LIBIDO.

Lib. 3. de ge-
ner. c. 1.

ARISTOTELES *secundissimum inter uncungues Tinnunculū esse scribit, sed ne ipsum quidem plura ona quater nis parere, ut plurimum, aliquādo tamen etiam plures procreare, competum esse.* Cum eo consentit Plinius, cum inquit: *Penatorū in sacunda sunt, quæ ad uncū habens uncūges: Cenchris sola ex his supra quaterna edit ona.* Quæ quidem, ut veterique asserit, *minij modo rubent.* Insignis istæ, ac summo perè prædicata Tinnunculi secunditas, quæ reliquis sui generis Auibus, rapacibus nempe, præcellit; Aeliano, credo, occasionem dedit, eidem maximū libidinis ardorem attribuendi, *Ardenti, inquit, in feminas amore inflammatur, moreq; hominum amatoria leuitate flagrantij, semper scitando eas in oculis ferit. Si quò clam femina abscesserit, ex eo maximum capis dolorem, & clangorem fundens vastū exclamat, usque homines vehementer amantes ex amore vexantur, proinde amatorijs molestijs affligitur.* Testatur Turnerus Tinnunculū pullos diu volātes, tantisper alere, dū proprio ipsi venatu viuere possint.

Lib. 2. de
Anim. c. 43.

Pietas in
pulos.

SYMPATHIA. ANTIPATHIA.

QVVM cæteris rapacibus plerunq; loca inaccessa habitare sit commune, humana consuetudine gaudere videtur Tinnunculus, dum loca haud longè ab hominum frequentia remota, nempe vrbium muros & tecta turrium, aliorūq; ædificiorum incolere competitur. Vnde & meritò etiam vicissim ab hominibus amatur, ut quibus illius præda damnum nullum inferat, sed è contrario potius non parum proficit. Nam haud secus atque Feles murium capturam strenuè exercet, quibus maxime vicitat.

Tinnunculus
Colūbis ami-
cus.

Lib. 7. de re
ruſi. c. 8.

L. 10. c. 37.

Lib. 2. de
Anim. c. 43.

Cum Coluæ his ve dñ in prijs maxime celebrata ei intercedit amicitia; si verum Demetrius, Columella, & Plinius dicent. E contrariò cum Accipitribus alijs, etsi sui generis Auibus inimicitiam capitalem, & innatam gerere perhibetur. Vnde ne Colūba sedes perosa relinquat, inquit Columella, *versus Democriti præceptum est; genus Accipitris Tinnunculū vocant rustici, qui serè in ædificijs nidum faciunt. Eius pulli singulis siccilibus ollis cõduntur, stipatisq; opercula superponuntur, & gypso lita vasa in angulis columbarij suspenduntur. Quæ res Auibus sic anorem loci conciliat, ne unquam deserant.* Ex quo Plinius: *Amis, inquit, quæ Tinnunculus vocatur cum Colūbis habenda est. Defendit enim illas, terretq; Accipitres naturalis potentia, in tantū, us visum eius vece mōq; fugiant. Hac de causa præcipuus Colūbis amor eorū, feruntq;, si in quatuor angulis defodiātur in ollis nonis obtatis, nō mutare sedē Colūbas.* Huic etiā Tinnunculo peculiariter ascribit Aelianus, quod alioquin multis alijs etiā Accipitribus ab authoribus attributū est, nēpe à natura edoceri, & medicamentū cum oculis valè è sibi propriū quarere, & inueniunt agnosceret.

V S V S.

Fimus
Lib. 19. cap.
vltimo.

SYMPHIVS, qui de Accipitratia arte nonnulla scripsit, tradit Tinnunculū eadem ratione, qua Merillus, cicurari, ac ad venatum institui, a uiculisq; ninores, ut ille, captare: *Fimus, inquit Plinius, Cenchridis (Accipitrum generis hanc Græci faciunt) albugines oculorum extenuat.*

DE BUTEONE SEV TRIORCHI

Cap. VII.

Lib. 9. Hist.
cap. 36.

ETSI Aristoteles Buteonem inter Accipitres primo loco collocarit, *enimq; genus eorū præcipuum esse dixerit, nos tamen diuersam rationem sequuti, inter omnes ab illo enumeratos, si modo quos dedimus, tales sunt, ut cum illis collati, apparent, vltimum locum viliſſimo Buteoni assignauimus. Etenim nos Accipitrum dignitatem vbiq; ab animi magnitudine meriti sumus, & quo quisque ferocior, ac generalior erat, eo priori loco dignū iudicauimus. Cū itaque Buteo omnium ignauissimus vnanimi authorum & vulgi quoque cõsensu statuatur, quia non solum nullam Auem capiat, sed cõtrà à paruis etiam auibus fugetur (quæ res ipsi eo maiori est d edecori, quo corpore est grandiori, namque illi, ut dici solet,*

Nulla in tam magno corpore mica (sals)

nullam ei iniuriam facere videmur, dum reliquis omnibus eum postponimus. Cur verò Aristoteles primum ei locum assignet: imo cur, quod magis est, eum in præcipuum seu præstantissimum Accipitris genus esse asserat, rationem ægrè assignare possumus, nisi quod maxime verisimile est, ad corporis magnitudinem respexisse dicamus. Sanè etenim, cum Miluo haud multò minor sit; itaque reliquis Accipitrum speciebus magnitudine faciliè antebit. Sed & hac doctæ corporis laudem suam meretur; quòd non solum in rapacium, sed in Avium vniuersum omnium genere solus sit: tribus testiculis præditus, insigni & præclaro admodum raræ fecunditatis argumento.

Buteo cui præcipuus Accipiter Aristot. dicitur.

Æ Q V I V O C A.

TRIORCHIDIS nomē etiā herbæ cuidā ex satyriorum genere inditum est, quod triplici radice testiculorū effigie dotata sit, quæ Paulo Aeginetæ herba Serapidis, Satyriū autumnale alijs; Testiculus odoratus alius flore albo Lobelio dicitur. Hæc instar testiculorum multo nutrimento calido & humido ad Venerem extimulat, & fecunditate præstat. Plinius ineptè & graui errore, *Cantaurium Triorchin* vocari scribit, è perperâ intellecto Theophrasto, vbi ait: *Tertio est Centaurus cognomine Triorchis: qui eam secatur arum est, ut non vulnoret se. Hac succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam impugnat; colligentes iradit ad Triorchæ Accipitrum genere, à quo & nomen accepit; Imperiti confusum hæc omnia (scilicet Centaurij genera) & uni generi ascribunt.* Quibus verbis, dum alios inscitia infimulat, suam ipsius palam facit. Apparet enim omnino eum esse deceptum Theophrasti verbis non intellectis, qui sic scribit: *Febris fugam secantes, Accipitrem triseptigerum* (Gaza vertit Triorchē) *nuncupatum canere aiunt, ut sine vulnere possint discedere.* Non igitur herba ipsa Triorchis appellatur, sed ab Accipitre huius nominis fodiendi periculum esse aiebant homines siue superstitiosi, siue impostores veritūs. Gaza eo loco nõ rectè febris fugam vertit. Nam id nomen minoris, non maioris centaurio conuenit. Maioris quidem radix succo sanguineo est; minoris inutilis.

Triorchis herba, Lib. 7.

Li. 25. c. 8. Plinij error Centauriū.

Lib. 9. c. 9. Hist. pl. Febris fuga. Gaza erroro

Buteo Ardeæ genus.

Buteo apud authorem Philomela, per onomatopœiam vocatur Auis ex Ardearum genere, quam vulgus Butor, Plinius Botaurum vocat.

S Y N O N I M A.

TRIORCHA (inquit Plinius ex Aristotele) *Accipitrem dictum inuenimus à numero septimum.* (trium videlicet) *Buteonem hunc appellans Romani.* Huius Latini nominis rationem declarare conatus Feitus Grammaticus *Buteonem uoluitatis, ait esse causam* (signū porius credo, ut potè mali ominis putatum) *his locis, quæ intrauerit, ut Bubo, atque ab hoc etiam Buteonem appellari.* Quæ quidem nominis ratio, quam vera sit & apta, docto lectori iudicandū. **Itali** Poiana vocant, quasi pugna, ni fallor, nam Villanum etiam dicunt. Circa lacū Verbanum Aieta dicitur. Hispanis aut Lusitanis Gauia, si rectè recordor. Ornithologus putat dici Gallis Buysard, Busard, vel Busant, idq; Sabaudis, apud quos & Buse nomen vsitatum est. Sunt tamē, qui dicant etiam Milui alterū genus, Buysart Gallicè nominari. Bellonius profectò inter Aquilas, nescio quā rectè; Aue quā iam Gallicè ponit Buse & Busard dictam, eamq; Percnoptero Aristotelis Aquilā esse putat. Verū in eum Aristoteles Percnoptero *cadaueribus passis* scribat, abiectionis adeo esse animi, ut à *Cornis superetur ac fugetur*, ipse verò Bellonius hunc Gallorum Buteo *Caniculorum viaria* depopulari, Gallinas è corte abripere, pisces in stagnis capere asserat: ex his, in quā cuius persequam fiet illius Buse, neque Percnopteri Aristotelis esse, neq; etiam nostrum Buteonem, quòd hic nihil horum præstet, sed ranis & muribus tantū contentus sit. Vnde Milui quoddam potius genus existimaui, præsertim illud quod Germani Mosvveich, id est, Miluum palustrem vocant, ut potè dicemus. Aliam item Auem ab eodem Bellonio huc proximè dictæ Aquilæ subiectam & Aquilarum numero adscriptam video, quam ipse Gallicè Boudree, voce à Buteo non admodum abulderente, & Goiran Auernis vocari, & Aristotelis Phynolochon esse ait. Sed aperte hæc in parte Aristoteli aduersatur, dum Phynolochon, quem ille postremum Accipitrem facit, hic Aquilis appoat. Vnico tantummodò argumento Aristotelis Rubetarium, quem *φουολοχον* significat, Budeam Gallorum esse probat, nempe quòd ranis vescatur. A qui præterquam quòd Buteoni hæc ipsum etiam peculiare est, ut eius

Etymum. Li. 10. c. 8.

Li. 23. de

Auim.

Buteus:

Poiana.

Villanum.

Aieta.

Gauia.

Buysart.

Bellonij error.

Lib. 2. de

Auib. c. 10.

9. H. c. 12.

Mosvveich.

Bouarce.

Goiran.

Error Bellonij.

φουολοχον.

205.

docebit historia, & præter nomina quoq; similitudinem, reliqua omnia, quæcunq; de Gallorum Budreo scribit, adamussim nostro Buteoni, seu Poianæ Italarum quadrare comperio, ut descriptionem vtriusq; conferenti manifestò patebit. Vnde colligo Buteonem Gallis proprie Boudree vocari, Goiran Auernis, & perperam à Bellonio Phrynosochon diuersam à Buteone speciem nulla firma ratione statui. Equidem non temerè quoque existimo, diuersim nominibus Gallia eiusdem prouincijs alio atque alio, vt fit, nomine venire, & idem vocabulum apud varias eiusdem nationis gentes diuersis rebus tribui. Vnde sæpè maxima oritur ambiguitas in rebus præsertim huiusmodi naturalibus. Credo enim lubens Ornithologo, & ex eius descriptione, quam de Bufardo apud Allobroges fecit hunc cum Buteone eundem esse apertè colligo, quanquam & apud hos Sabaudos idem multorum est generum. Attamen huius nominis alijs Gallis aliam Auem significare, & Buteonem, nõ Bufard solum, sed & Boudree & Goiran nominari video. Gallorum Allobrogum nomenclaturam retinet: & confirmant Angli, qui Bushard scribunt, & vocant Auem, vt testatur Turnerus, Milui magnitudine, quæ semper cernitur, quod de Buteone solo Aristoteles scriptum reliquit. Aut quod verius fortasse dixerimus, Angli & Galli hanc vocem à Germanis mutuati sunt, qui & ipsi Buteonem prima syllaba conformi Bushard appellant, alij Bufant, Bufarho quasi Buteaquilam dicas, deniq; Bufe & Bushen. Germani inferiores, vt Albertus & Murellius aunotarunt, Brobuxen. Eundem Saxonibus Ruttelvvy, id est, Miluum rubrum, à similitudine Milui vocari Ornithologus tradit. Idem apud suos Masshüvv, id est Bubonem palustrem, quòd Bubonem corporis specie aliquatenus referat, & Massvvy, quod est, Miluum palustrem, quòd circa paludes Avibus inest, dicitur, & fortè etiam piscibus. Verùm hæc avis meo quidem iudicio non erit Buteo Aristotelis, neque etiam vulgaris, quòd ei aues aquaticas & pisces capere minimè comperat. Sed hanc potius Milui cuiusdam speciem puto eandem fortasse cum Bufardo seu Bulo Gallorum & Bellonij, quam circa aquas viciatitè diximus. Multo minus Buteo seu Triorchis ea esse potest Auis rapax, quam Galli Sacre vocant. Et si idem Bellonius ea synonyma faciat, & eadem esse opinatur, licet opinionis suæ non satis certus. Etenim Sacre Gallorum Auem ferocem, ac generosam esse, nec Falconibus animi magnitudine cedere ipse fatetur, quod de Buteone minime verum est dicere.

DIFFERENTIÆ. DESCRIPTIO. 30

8. Hisc. 7.
23. Lib. de
Anim.

BVTEO iuxta Aristotelè *Miluo aequalur magnitudine, subniger*, vt addit Albertus. Quibus coloribus etiam variare scribat Ornithologus, & albos reperiri sibi relatū sibi. Quia & corporis quantitate, eos inter se differre, & triplicem eius differentiam apud Heluctios reperiri, nempe magnam, mediocrè & paruum addit.


Longitudo.
Rostrum.
Caput.
Lingua.
Oculi.
Collum.
Dorsum.
Venter.
Cauda.
Tibis.

Buteo mihi ex montibus Vineolanis allatus à rusticis huiusmodi erat. Longitudine à rostri principio ad caudæ vsq; extremitatem duorum dodrantū cum palmo. Rostrò crasso, nigro, ad cæruleum vergente, membrana circa nares lutea vestito, rictu, quæ incipit seu freno oris subluteo. Caput habebat compressum, quale Falconibus, figurâ trigonâ. Linguam latam, crassam, obtusam. Oculos splendidos, teretes, hilares, iridem circa pupillam nigerrimam leucophæam. Collum breue, plumosum, crassum. Dorsum vniuersum ad caudam vsque coloris ferruginei obscuri. Venter erat totus albus, maculis ferrugineis, oblongis, deorsum tendentibus distinctus. Cauda lata, tranuersim maculosa spithamam longa. Crura sublutea. Tibiæ tres digitos longæ. Dignitè pedum nigricabant. Totum corpus Auis itantis aut erectæ duarum spithamarum erat altitudine. Iconem eius statim primo loco dabo.

Bushardū
Sabaud. cū
Poianæ cum
dem esse.
Rostrum.
Pedes.
Dorsum.

Quo autem cuius innotescat hunc nostrum Buteonem, Italarum Poianam, cum Bushardo Sabaudorum planè eundem esse, licet alijs Gallis aliter vocetur, hic Ornithologi descriptionem ipsius Bushardi maris in Allobrogibus ab eo accuratè calamo depicti subiungemus. Ego inquit, olim in Sabaudia Bushardum marem ad me delatum contemplates, talem esse inueni. Rostrò erat breui, adunco, nigro, in fronte color ex viridi & flauo mixtus (quem tamen in altero quodam non deprehendi.) Pedes flauis, ad mediâ ferè crura innatæ plumæ. Tergum fulscum, pennæ extremæ non nihil rufi coloris præ se ferebant. Interior pennarum pars, quæ mutuo obrectu latet, albescibat, multis, densis, crispis, mollibusq; plumulis obseptæ. In ventre & pectore pennæ albicantes erant nigris plerâq; maculis per medium insignes. Capitis quoq; pennæ fulcæ per margines albicabant. Alarum maximæ pennæ ceteris nigriores erant; sed omnes in alis pennæ altera extremitate, inferiore scilicet, albida. Longitudo corporis à rostro ad imum pedem extensæ, vel etiam ad imam caudam, dodrantum duorum cū palmo, hoc est.

Caput.
Alæ.
Longitudo.



Cauda.
Collum.
Bushardi
Sabaud. al.
terius, ipsiū
maris descri
psero.

est, palmorum septem. Cauda ab vropygio dodrantalis. Collum brevissimum, vt in omni Accipitrum genere. Tota denique magnitudo & pondus videbatur magnam Gallinam referre. Testes, cum incidere, nullos inueni, & fœminam fuisse puto. Rursus verò alio tempore in alium mare incidi. Illi magnitudo per omnia æqualis erat cum superioris; pondus vnciarum triginta. Colore nonnihil à superiore variabat, vt in fronte & alibi. Circulus in oculis flauissimus, iridem nigram ambiebat. Crura à ventre ad vngues vsque digitos circiter nouem longa. Venter, latera & crura superius plumis albis vestiebantur, quas latiusculi circuli obscure rufi per transfuerum distinguebant. Tota pars prona concolor erat, castaneorum coloris obscuro. Plumæ in cauda magis albebant, zonis quidẽ eiusdem coloris, nempe obscure rufis distinctæ. Testes ad spinam dorsi inter vtrosque renes binos tantum (vt Triorchæ nomen à ternis testibus nonnihil verè sit factū) albos & pusillos reperi, altitudinẽ æquali. In medio quidem particula quædam erat teste minor & flaua. Vngues Buteoni minores, infirmioresq; quæcum reliquis Accipitribus. Obseruauit & Buteonis pullum, nido exemptum recẽs, vndique cinerem, rostro tamen pedibusq; & oculis flauis. Post aliquod tempus oculi & anterior rostri pars, ad fuscum vel subcæruleum colorem mutabantur, cum iam quinque aut sex hebdommodas vixisset. Hæc itaque omnia Ornithologus & quidem rectè. Verùm in eo, quod Buteonem tribus testibus præditum esse negat, ideoq; non rectè hanc sui nominis reddi rationem, non possum ei per omnia assentiri. Nã ego ternos olim in disiecto Triorchæ testis obseruasse meminisse, teste ipso, qui hanc anatomen in ædibus meis administrabat, vti & alias plurimas, doctissimo & excellentissimo D. Ioanne Coyer, seip. postea Norimbergensis medico. Quod si quispiam tertiam illam glandosam portiunculam, præter binos testes, & iuxta ipsos contentam, verùm testem fuisse pertinaciter negauerit, non equidem cum eo vehementer contendam. Attamen hoc saltem mihi concedat, velim, eam testiculo propositione respondere, ac similem esse. Quæ cum in nullo alio Auium genere reperiatur itaq; non iniuria hunc Buteonem Triorchæ, id est, tritestigerum nominandi veteribus occasione dedit. Sanè præterquam quod iuxta vetus ac vulgatum Philosphorum axiomata *Natura nihil facit sine Stra*, minimè temerè sophiæ principis Aristotelis sententiam infringendam puto, vt de Plinio interim, cæterisq; nihil dicam. Vt autem pro virili mea, vbi que in tanta rerum varietate, ac vocum ambiguitate obscuritati lucem addam, volui, quemadmodum Ornithologi descriptionem, (vt Buteonem cum Gallorum quorundam, at non omnium, Bushardo eundem esse diligentem lectori & vtramq; conferenti pateret) præter meam attuli, & nunc hæc quoque subiungere, quam Bellonius iconem exhibet, & quæ de figura ac compositione Gallorum quorundam Boudree, ac Aruernorum Goyrano scripta reliquit, vt cuius, num rectè hunc cum Poiana Italorum eundem iudicauerimus, liberum etiam sit iudicium. Inquit ergo: Si quis alas huius Auis inuerterit, extrema quinque maiorum remigum pennarum nigra inueniet; parte scilicet exteriori, vbi ventrem spectant, reliqua interiore à proximis incumbentibus tecta alba esse. Cum in aëre expansis alis, explicatisq; penis volat, albicantes ea parte, quæ dixi, faciunt, vt supinus albus appareat. Sed cum complicatis ac demissis alis perticæ insitit, è cinereo fuscus est, seu nigricat. Et quinque quidem primarię, seu rectrices alarum plumæ hoc pacto notatæ sunt, vt crenas instar serræ exhibeant nigras, vbi albere incipiunt. Plumæ, quę ventrem integunt, prorsus cæcidæ essent, nisi macula nigra apicem singularum, iuxta scapi medię ductum, insigniret. Plumæ, quæ crura vestiunt, fuscæ sunt. Admos in vnguibus habet, non quidem valde magnos, verumtamen vngues mediocriter adicos. Caudã, quod ad colorum varietatem spectat, habet Attagenis caudæ similem. Eadem enim, prorsus ratione transfuerim distincta est. Crura ei sunt breuia, eaq; non prorsus, neque omni ex parte rotunda, antica tantum & postica tabellis, vt vocant, seu annulis imbricata, latera verò squamulosis cooperta, colore vbiq; lutea. Rostri curtum, acie seu extremo nigrum, hamatum, verùm narium regio & rictus flauescunt. His indicijs à Miluo dignoscitur, cum quod minor est, tùm quod caudam minime bifurcatam, qualis in Miluo cõspicitur, obtinet. In hoc præterea Miluo dissimilis, quod inter volandum frequenti motu alas concutit, quod & Bufus seu Bufardus Gallorum à Buteone, Allobrogum Bushardo diuersus, facit. Hoc nempe Miluo, neque Falconi Perdicario, seu Gallorum Pau-perdrieux vsitatum est.

Ornithologi
opinio dete-
stib. Trior-
chis refuta-
ta.

Boudree seu
Goyrani de-
scriptio.

Lib. 2. de A-
nib. c. 10.
Color.


Vngues.

Cauda.
Crura.

Quo à Mil-
uo dignosca-
tur.

Sequitur Goyrani seu Boudree Bellonij icon.






Triorchis ille, in quo dissecto tres à nobis testes inuentos diximus, & cuius hic iconem exhibui-
 mas, ei, quem ab initio descripsimus, in omnibus ferè ià hæcenus descriptis magnitudine,
 & habitu conformis erat; verùm dorsum totum ferrugineum potiùs quam fulcum erat, & sin-
 gularum plumularum oræ nonnihil albicant. Collum, pectus, & venter plumis in radice, &
 maxima sui parte cinereis subalbis, at in superficie seu marginibus in ambitum ferrugineis ob-
 sita sunt. Unde fit, vt si quis manum, aduerso, vt ita dicam flumine pennarum, ab inferna ven-
 tris parte sursum duxerit, aut alioquin naturalem earum situm nonnihil turbauerit, omnia alba
 aut albis hic illic maculis respersa sint apparitura. Caput nec admodum rotundo, neq; etiam
 multum complanato vertice est. Crura illius ultra poplites propendentibus plumis, si niliter
 ferrugineis dilatis, obtegebantur. Pennæ caudæ ferrugineæ quoque fulcis notis frequentibus
 admodum, & ordinatis æquali vbiq; interstitio transtuerantur. Hæc tamen colorum in diuersis
 vifa varietas, non debet scrupulum in animum lectoris iniicere, quò minus eadem Aues esse
 credat. Etenim, vt antè suo loco diximus vniuersim de toto Accipierum genere, ætas maximè
 colores mutat, ad eò vt eadem Auis diuersis temporibus sibi ipsi videatur quàm dissimilima, &
 imperitis incognita, facilè imponat.

*Color.**Caput.**Crura.**Cauda.*

Hanc Auem, cuius iconem modò damus, etiam Po-
 ianam vulgò vocant, & Goyrano Bellonij confi-
 milis est, & fortassis eadem.



VOLATVS VICTVS.

BUTEO minimè alium volat. Cùm verò volat, crebra alarum concussione volatum instaurat. In utroq; Miluo dispar est; impotens nempe, vt unico & valido impetu longius vehatur. Tarda etenim Auis est, & pigri volatus, tamq; defes ac legnis, vt etiam telo petita, non solum non ad primum, aut secundum, sed ne ad tertium quidem ictum cedere dicatur. Vnde locù proverbio apud Germanos dedit: Du Sitzest vvic ein Bushard, id est, *Buteonis instar sedes*, in homines ignauos, & diutius ad mensam vel alibi ociosè sedentes. Quod quidem præ locordia eum facere, non autem animi intrepidi, vt quispiam æstimare possit, argumentū esse, vel hoc potest esse indicio, quòd quātumuis grandī corpore, vt plurimūm arbori cuiuspiam insidet, immotusq; ex ea escam speculatur, atque hoc pacto de vna arbore in alteram haud longè distantem, aut de prato in vicinum aliud prouolet ad insecta, vermesq; insectandos ac depascēdos. Vnde Oppianus dicit, *Accipitres nonnullos pigerrimos esse, & ad volandum ignauos adeo, vt ab alijs nutritis desiderēt, & serò tandem ad venationem procedāt, solisq; raris insidensur.* Quod de hoc Buteone proculdubio est intelligendum, qui non solum in victu quarendo tardus est, ac defes, sed ne id quidē quod iam acquisiuit, ab alijs, non dico rapacibus, sed ne ab Ardeis, alijsq; huiusmodi, quæ alioquin cæteris Accipitribus prædam cedere, seruare potest. Quod Simonides non latuit, cuius hi extant Græci apud Athenæum versus:

Ερωδιός γάρ ἐγγίχῃ ματαρδπέλω

Τριόρχον ἔρπον ἰδιότι ἀφαιλάτω.

Ardea enim anguillam Maandriam

Triorchum cum off. indisset comedentem, eripuit.

Quibus notauit insignem Buteonis ignauiam, qui Anguillam ab Ardea sibi eripi passus sit. Quò magis miror Festum scripsisse Buteonem genus esse Auis, quæ ex eo se alit, quod Accipitri eriperit. Quomodo enim qui ab Ardeis sibi escam paratam eripi patitur, Accipitrem inuadere prædam erepturus adhibet, nō solum Accipitrum omnium, sed & reliquarum penè etiam Auium ignauiusimus? Nisi hoc ita intelligamus, vt dicamus, quæ etiam aliorum quorundam sententiā est, eā præda tantū viuere, quæ vel alijs excidit, aut ab ijs fortè relicta est, quamue vel dolo ceperit, vel languore aliquo aut pigritiā detentam assecutus fuerit. Auiculas nullas capit, Alberto teste, nisi pigras aut infirmas adeo vt volare nequeant. Imò verò è contrario, adeo vilis ac timidus est, vt ab his ipsis paruis Auibus nonnunquam fugetur. Quamobrem Itali merulosos ac effaminatos, Poianas, id est, Buteones vocant. Ob hanc eandem pusillanimitatē non audent, quod Milui solent, in vrbibus aut locis ab hominibus inhabitatis aut frequentatis prædam inuadere, sed ruri tantūm & in agris eam perquirunt, vt diximus. Alioquin, vt docet Aristoteles, carnuiorus est, vel hoc nomine, quia mures maiores & minores, ranas, rubetas, lacertas, scarbæos, scolopendras, erucas, ac quandoque etiam limaces ac serpentes, sed & anguillas, vt supra ex Simonide docuimus, rapit ac deuorat. Ornithologus in Buteonis cuiusdam incisī ventriculo talpam integram reperisse sese scribit, & in alio insecta quædā nigra. Sed & herbas qualdam, vt Belloniam annotauit, nimirum sclaream, & aspetulam aut aspergillam odoratam Lobelij, quam alij Jalyson Plinij vocant, Tragus Matrisyluam, depascitur, fortasse quod vero simile est, ob occultū quandam amorem ac lympathiam cum his ipsis plantis, quæ quidem verior videtur sententiā, quàm Aristotelis, antipathiæ, seu naturalis inimicitia, quam Buteoni cum animalibus quibusdam intercedere scribit, id afferentis: *Hoffis est rana, inquit, rubeta & anguis. Rapit enim eos atque exedit.* Nam hoc vt vel ipsiusmet verba indicant, cibi causa potius facit, quàm quòd aliter eos oderit. nam & anguillam capit, vt supra ex Simonide retulimus. Plinius *Harpa & Miluo communes esse inimicitias cōtra Triorchum* scribit: Et rursus: *Harpa, inquit, Triorches Accipiter dissident.* Sed hoc fortè nō reatē ex Aristot. transtulit, apud quem sic legitur: *Qua cibum à mari petunt, Anas, Gavia, & Harpa inimicem dissident, Buteo in alio genere hostis rana, & rubeta, & anguis est.* Et ibidē: *Amici etiam Pifex, Harpa, Miluus.* Illud potius ad priuatum, si verum esset, & innatum odium quoddam referendum, quàm quod alio loco Aristoteles dicit, *Triorches, Pbyrnus, & ophis pugnant.*

Buteonis
mira segnit-
ties.

Beisi error.

Poianæ
quos Itali
vocat.

9. Hist. c. 10.

Lib. 2. de A.
nib. c. 10.

Lib. 9. Hist.
c. 1.

Arist. opinio
refutata.

Li. 10. c. 74.
9. Hist. c. 1.



CAPIENDI RATIO.

PIGER ille, quem diximus, Buteonis volatus in causa est, vt facilè ac nullo negotio capiatur. Capitur autem visco hac arte: Murem humi ponit auceps & faciem auertit, & circumquaq; in muris ambitu virgas visco illitas erigit, atque aequali vndiquaque intervallo collocat, ligneoq; circulo internè affigit. Hisce Buteo murem rapturus implicatur, & alis glutine impeditis, pennas explicare non potis, capitur.

VSVS IN CIBO.

CAPITVR verò sit frequens admodum dicto modo, hac potissimum de causa, vt in mensum veniat. Optimam enim carnem ac teneram obtinet, hyeme præsertim. Adeo obesus est, vt non facilè aliam Auem obesiorem recipias. Vnde, vt tradit Bellonius, Auerinis Galliarum populis, cum qui plana, tum qui accliuia loca incolunt, cibus est gratissimus asilus & elixus, neque minus palpa præbet, quam Gallina quæpiam vulgaris. Dulcissimus est, & boni saporis, vt Albertus etiam testatur, præsertim autem asilus. Vnde multis etiamnum Italiae locis in foro veneunt deplumati. Quamobrem minus mirum videbitur, quod Plinius prodit; nempe *in Balearibus insulis Buteonem etiam Accipiterum genus in honore mensarum esse.*

Li. 10. c. 49.

VSVS IN MEDICINA.

MARCELLVS Empiricus iubet, cum, qui in Venerem infirmior sit, testiculos Millonis ex aqua fontis perenni, cum melle decoctos edere ieiunum per triduum, spondendq; præsentii iuuamento impigre in Veneræ palestra congressurum. Cæterum diu animo prudenti, quænam ea Auis esse possit, quam Millonem vocat. (Hoc enim nominis nulli vnquam Aui attributum memini.) Tandem in mentem venit coniectura quadam Triorchem esse, quam Miluo similis dicatur esse, Millonis fortè inde nomen accepit, vt videlicet Auis maxime testiculatæ testes, à quorum terno numero etiam nomen Triorchidis adepta est, ad promouendam Veneræ facultatem adhibeantur. Nam & doctissimus Io: Baptista Porta Buteonis testiculos cum melle decoctos recentes dari eis scribit, qui in Venerem infirmiores sunt, & tantæ ad eam efficaciarum esse, vt subito post assumptos eo modo testiculos, coire possint, imò verò plantas omnes tales testiculos radice referentes, frigida membra egregiè caltacerè, & ad Venerem apta reddere.

Millo Auis
que.Li. 3. c. 34.
Phytogn.

VSVS IN SACRIS.

TRIORCHÆ Accipini, inquit Plinius principatum in augurijs Phæmoni dedit, Buteonem hunc vocat Romani. Familia etiã ex eo cognominata, cum prospero auspicio in ducis nauis sedisset. Et Festus Buteonem inter eas Alices, quæ volatu veteribus auspicio fauiebant, ponit. Aelianus Diana sarrum Buteonem esse dicit, fortasse quòd sub vesperum potissimum ad prædam prouolet.

Li. 10. c. 8.

Lib. 12. de
Ant. c. 4.

Li. 10. c. 8.

Lib. 14.

Ant. loc. c. 4.

Fabius Bu-

teo.

Li. b. 23.

In Fabio

Max.

Buteo Ora-

tor.

Li. 2. Contro-

uers.

Agatocles

Buteo dicitur.

COGNOMINATA.

FAMILIÆ cuiusdam Romane cognomen in diuidisse Buteonem, ob fortunatum, quòd in ducis nauis sedens, attulit auspiciu, nuperimè ex Plinio dictum. In quem locum commentatus Cælius: Ego, inquit, ingenie Fabia id fuisse cognomen inuiso. Nam Titus Livius M. Fabium Buteonem nominat, Memmius & Plutarchus. Sed ibi mendu (opinor) inoleuit. Nã scribitur, modo Fabius Buteo. Græcus codex quæstor præferit Βυδωνια, Βυτωνια legèdum credo. Deniq; Oratoris Buteonis mentio fit apud Senecam. Legimus item Buteonem cuiusdam authoris cognomen fuisse, qui de Arithmetica abundè scripserit. Ab eodem Agatocles tyrannus cognomen traxisse videtur, qui Buteo dictus fuit, vel quoniam hæc Auis, vt scribit Sextus Pompeius, vastitatis est causa, his locis quæ intrauerit, quod Tyrannorum est proprium, aut, quod vero simi-

has est, ab offerata libidine. Nam egressus Agathocles pubertatis annos libidinem à viris trahit ad feminas. Traditur item, quom esset perfunctus fato, vxorem querulam flexilibus molis illud sobinde ingessisse, *τιδ' ἐκ ἰγυοῦ, τιδ' ἐκ ἐμεισσε*, id est, quid non ego tibi? quid tu non praestitisti mihi?

DE SVBBVTEONE. Cap. VIII.

SOLVM Subbuteonis nomen fecit, vt cum Buteoni subiungeremus Hoc enim nomen Buteone minoris seu inferioris Auis esse videtur. Quamuis & de hoc in Græco praesertim nomine, docti controuertant, vt postea in nomenclaturis latius declarabimus. Alioquin naturæ suæ ratione Buteoni longè præponendus erat, vel ipsius Aristor. autoritate, qui *Subbuteones* tradit appellari in Accipitrum genere, qui latiores sunt. Quinetiam, si verus est Subbuteo, quem Bellonius pro eo obtrudit, hic item, et si Buteone multò minor sit, hoc tamen nomine Buteoni anteponi meretur, quòd generosior, multòq; ad aucupium alacrior, & institutioni aptior esse comparatur. Hanc autem Bellonij sententiam, qua ille nominis quadam, vt opinor, similitudine ductus, Auem Gallis, Hobraeu, dictam Hypotriorcha statuit, eò minus impugnamdam, aut reijciendam duxi, quòd aliam Auem ex Accipitribus nullam habeam, cui id nominis à doctis aptius imponatur, aut potius conuenire videatur. Quamuis vt verum fatear, genium Aristotelis Subbuteonem esse, non ausim asserere, quòd ex illius verbis ad eò paucis nulum iudicium facere liceat. Nā hoc quod *Subbuteones latiores ceteris* dicit, nobis omnino refragatur. Sed Turnerus quoque non maius, neque latius hoc genus Buteone; sed minus facit, & Subbuteonem esse putat, quem Angli Ringtulum appellant, ab albo circulo, qui caudam circumcui, colore inter fuluam, & nigrum medio, Buteone paulò minorem, at multò agiliorem. Hic autem à Belloniano & nostro diuersus planè est. In nostro enim nullus circulus caudam ambit. Id tamen Turnero nonnihl fauere videtur, quòd eum similiter ac Buteonem prædam captare scribit. Vt vt est, nos candidè, quod habemus, lectori lubenter communicamus, & de cetero liberum cuiq; iudicium relinquimus.

9. Hi. c. 36.

Lib. 2. de Auib. c. 19.

Hobraeu.

Ringtulus Anglorum.

SYNONIMA.

SVBBVTEONES Græcè dicuntur *ὑποτιορχαι*, sed dubitat Ornithologus vtrum apud Aristotelem *ὑποτιορχαι* potius legendum sit, cum & in generibus Aquilarū *Γυπαεῦς* (sic enim codices nostri habent, & rectè quidem) simili nomenclatura dicatur, ea de causa, quia Vulturis speciem referat, vt Aristoteles ibidem scribit. An verò similiter *Gypotriorcha* legendū, non eque asserere audeat. Coniectura tamen quadam in eam sententiam penè deducitur, quod Aristoteles Aues itas latiores dicit, vt ad latitudinem videlicet Vulturum accedant. Turnerus, vt dixi, & Bellonius, contrà sentiunt. Ille enim Subbuteonem Buteone minorem facit: hic verò ex nomine ipso eum se promere putat argumentum minoris in Subbuteone magnitudinis. Inquit enim *ὑπο* hic planè oppositam habere significationem illi, quam alioqui plerumq; apud Græcos obtinet. Alibi enim *hypo* vocabulis additur ad magnitudinem exprimentam, verbi gratia, cum Hypomaratum, Hyposelinum dicimus. Verum in coloribus designandis, cum subtrubrum, aut subnigrum aliquid dicimus, minus tale, & dilutius eo colore tinctum intelligi volumus. Eandem significationis viam in nomine venti, Subsolanus, esse illi particula existimat. Sed quod pace eius dixi, in duos, eòq; graues sanè errores ex Græca lingua, vt videtur, non planè perspecta impexit. Prior est, quòd Græcas hæc voculas dictionibus alijs præponi natas augenda, aut imminuenda significationis gratia, nempe *hippo*, & *hypo* confundat, tanquam idem significent, cum sint diuersissima. Quando enim rei significationem augere volumus, non *hypo*, sed *hippo*, ei proponimus. Atq; hoc sensu non hypomaratum aut Hyposelinum, sed hippomaratum & hyposelinum dicimus. Hippo enim non secus, atq; *ὑπο* particula in vocibus Bulapathum, Butelinum, rei significatæ aliquid addit. Contrà verò *hypo* eidem nonnihl detrahit, non vbique tamen, neque semper, sed tum solummodò quando cum verbis componitur, aut nominibus ab iisdem deriuatis, cum substantiis verò nequaquam, nisi, vt dixi, verbalia sint. Errat item circa nominis huius Auis examen, dum perpetuò minus quippiam denotare dictionem opinatur, cui præposito *hypo* adijcitur. Perperam enim

Lib. 2. de Auib. c. 14.

Bellonij error.